

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Virtuti fortuna comes. Emblema CXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Virtuti fortuna comes.  
EMBLEMA CXIX.



**A**NGVIEVS implicitis, geminis caduceus alis  
Inter Amalthea cornua rectus adest.  
Pollentes sic mente viros, sandiq; peritos  
Indicat, vt rerum copia multa beat.

## COMMENTARII.

**I.** STAT caduceus Mercurialis siue scer-  
ptum erectum, supernè pileo alato te-  
ctum, in quo duo serpentes, masculus &  
femina sunt, qui medio corporum com-  
plexu nodum efficiunt Herculanum: ab  
eo supernæ partes sic ad osculum, vt flexu  
circulum efficiant: infernæ simili flexu ad  
caducei capulum reuocantur, qua parte  
item cauda: coeunt vtriusq; Vtrinq; co-  
pia cornu, diuersis pomis ac herbis onu-  
stum, erigitur. Aliæ editiones caduceo et-  
iam inferius alas addunt, quod minimè

necessarium puto, licet non me fugiat id  
multis placere, inter quos etiam Pierius.

**II.** Hoc ipsissimum fuisse Alciati sym-  
bolum, refert Paulus Iouius, lepido eo li-  
bro, quem scripsit lingua sua vernacula,  
De notis armorum & amoris. Quod sche-  
ma quàm bellè Alciato conuenerit, facile  
possunt intelligere, qui eius prudentiam  
iuris, & eloquētiā, qua cæteris excelluit,  
vnà secum reputant. Id enim studium, ea-  
que facultas effecit, vt magnos honores &  
honestas opes ad vitæ præsidium sibi com-  
pararit.

II.  
Symboli  
Alciati.

pararit. Idem Iouius me docet, symbolum hoc fuisse usurpatum ante à Iafone Mayno nobili Iuriscunsulto, quo sua se virtute ac studio, lautam fortunam esse consecutum ostendebat. Sic enim Iouius in Elogijs: Iasoni Mayno Mediolanensi, vti ipse in gentilitijs insignibus præferbere solebat, **VIRTVTIFORTVNA COMES** non defuit. Huiusmodi quoq; Emblemate vsus est & Desiderius Lignamineus Parauinus, ordinis Prædicatorum, cuius meminit Bernardinus Scardeon. lib. 2. clafs. 6. Hanc præterea imaginem caducei adhuc videre est in namismacibus ætiquis: è quibus, opinor, symbolum suum mutuari sunt Frobenij, typographi Basileenses diligentissimi, nisi quod addiderunt columbam sceptro insidentem, dempto pileo & cornibus. Hunc nodum Mercurio consecraturum Ægyptij, inuuentes fœdera nõ oportere vnquam dissolui. verum plurimum valere debere; vnde & Herculano cognomen additum. Quanquam Galli, & haud scio an etiam Ægyptij non alium putant Herculem quam Mercurium. Hæc ferè in prouerbio, *Cassiopeus nodus*. Iulius Higinus in poetico astronomico, cap. de Lyra: Mercurius, inquit, cum in Arcadiam (vbi olim maximè colebatur) proficisceretur, & vidisset duos dracones inter se coniuncto corpore alium alium appetere, vt qui accerrimè inter se dimicare videretur, virgulam (quam ab Apolline dono acceperat) inter vtrūq; proiecit. Quo facto, repente prælium diremptum fuit; hinc illam virgam pacis gratia dixit esse constitutam. Nonnulli etiam cum faciunt caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt, quod initium Mercurio fuerat pacis. Hæc ferè ille. Vide Perottum, & Macrobitum lib. 1. Saturnal.

III. **VIRTVTIFORTVNA COMES** Gnome pulchra, nõ semper vera, vt res humanae fluunt. Ad eam facit locus Plinianus ex panegyrico ad Traianum: Possum ire per omnes appellationes tuas, quas olim virtus dedit, quas proximè fortuna cõcessit, quas adhæc indulgentia diuina medatur. Hęc ille. Sed nomen virtutis non hic accipitur pro eo habitu, quem rectæ rationi consentaneum philosophi dicunt, sed speciatim sonat τὴν ἀνδρείαν, quæ Italica dialecto dicitur, *il valore*, Gallicè, *la valeur*, prouersè, *grandeur de courage*. Alioqui virtutis

nomine præclaræ quæq; dotes animi continentur. Vnde Gallis appellatur *homme de valeur & de mérite*, pietate grauem & meritis, poeta dicit: & hinc *ἀνδρία* & *μεγαλοψυχία*, *la vaillance*, *la suffisance*. Fortè huc referas Horatianum istud è 3. Carmin. 2.

*Virtus repulsa nescia sordida.  
Intaminatis fulget honoribus.*

& deinde:  
*Virtus, recludens immeritis mori  
Cælum, negata tentat iter via.*

Et illud Plauti Amphitruone:  
*Virtute ambire oportet, non fauitoribus:  
Sed ille habet fauitorum, qui virtutem habet:  
Item Senecæ de ira, cap. 7. lib. 2. Non est  
fortior nequitia virtute.* Et Virgil.

*Tū pudor incēditq; viros & visuda virtus.*  
At fortuna vocabulum aliquando pro incerto rerum euentu: nonnunquam etiam pro felici successu & affluentia opum accipi nemo nescit. Ad primum illud significatum refero varios de fortunæ varietate questus; vt ille Horatij:

*Fortuna seuo lata negotio,  
Ludum insolentem ludere peruicax,  
Transmutat incertos honores,  
Nunc mihi, nunc alijs benigna.*

Et Plautinum illud Pseudolo:

*... profectio hocce erit,  
Centum doctum hominum consilia sola hac  
deuincit dea*

*Fortuna atq; hoc verum est, perinde vt quis  
que fortuna vititur,*

*Ita præcellit; atq; eū sapere omnes dicimus;  
Bene vbi quod consilium discimus accidisse,  
se, hominem catum*

*Eum esse declaramus: stultum autem illū,  
cui vertit malè.*

Illud item Terentij:

*O fortuna, ò fors fortuna.*

Quid. vlt. Trist. eleg. 15.

*Rara quidem est virtus, quam non fortuna  
gubernet;*

*Qua maneat stabili, cū fugit illa, gradu.*  
Secundo modo fortunæ verbum sumitur pro felici opum successu, vnde dicti viri fortunati, ὁ δὲ βίος ἡ δὲ αἰσῆς; quare & nos fortunas numero plurali dicimus opes, vt apud Horatium:

*Quò mihi fortunæ, si non conceditur vti?*  
Virgil. 1. ecloga:

*Fortunate senex, ergo tua rura manebunt.  
Et alia eius generis multa passim.*

*Anguibus*

Mayni.

Lignamineus.

Frobeniorum.

Fortuna significatio.

Virtus qd hoc loco.

Impetens inducens implens.

Caducum Mercurij.

Caducum.

Serpentes  
caduceo  
impliciti

[*Anguibus implicitis*] De serpētibus caduceo implicatis hæc est Mythographorum narratio. Mercurius in Arcadiam iter faciens, duos inter se Dracones acerrimè concertantes offendit, quos interposito baculo statim pacavit: qua de causa ne posteri miraculum ignorarent, Egyptij virgam duobus interpositam draconibus Mercurio consecrarunt, & Caduceū nominarūt.

Caduceus  
Mercurij.

[*Caduceus*] Virga Mercurij, qua dicitur usus ad lites & iurgia tollenda, ad somnum inducendum, ad euocandas ex inferis animas, vel etiam immitendas. Homerus Odyss. 6.

είλετο δὲ ῥάβδον, τῆ τ' ἀνδρῶν ὄμματα  
δίλγει,  
ὄνιδιαι, τὴς δ' αὐτὲ καὶ ὑπνώοντας ἰ-  
γείρει :

Corripuit virgā, qua mulcet lumina somno,  
Quorumcumq; velit, soluit quoq; lumina  
somno.

De hac virga etiam Horatius:  
Tu piās latis animas reponis  
Sedibus, virgaq; leuem coerces  
Aurea turbam, superis Deorum  
Gratus & imis.

Virgilius 4. Aeneidos imitatus Homerū:  
Tum virgam capit, hac animas ille euocat  
Orco

Pallentes, alias sub tristia Tartara mittet.  
Dat somnos adimitq; & lumina morte re-  
signat.

Illa fretus agit ventos, & turbida tranat  
Nubila.

Et Statius in primo Thebaidos:  
Summa pedum prope plantariibus illigat  
alis,

Ob nudiq; comas, & temperat astra galero.  
Tum dextra virgam inseruit, qua pellere  
dulces

Aut suadere iterū somnos; qua nigra subire  
Tartara; & exanguis animare assueverat  
umbrat.

Vide adagium, *Mumrum corruptela*. Hanc Mercurialem virgam Græci κηρύκειον appellant, qua legati fecialesq; utebatur, pro indeq; caduceatores nominati; cuius verbi meminit Marcianus, l. 8. de rerum. diuis. ff. & notat Vlpianus interpres Demosthenis, ad rationem contra Timocratem; quo loci statuit duplices Cerycas, qui ius idem haberent cum fecialibus, eandemque penē pote statem, vt belli denunciandi, pacis incundæ; quos εἰρηνοδίκας, pacis sequestros,

Caducea-  
tores.

Dionys. Halicarnass. interpretatur. Vide Cæli Rhodig. lib. 21. cap. 16. Sed quæ superstitiosè de caduceo interpretentur magi, vide apud Pierium lib. 15. Hieroglyphic. & auctorem thesauri linguæ Latinæ, in verbo, *Caduceus*.

[*Geminis alis*] Ex his verbis fortè alij alas caduceo in parte infima addiderunt; ego alas in Mercurij galero interpretor.

[*Amalthea cornua*] Amalthea capræ nomen fuit, cuius lacte Iupiter est enutritus, Adraſtes & Idæ Nympharum ministerio & opera. Cum verò aliquando capra cornu, quod habebat amplissimum, in obiecta fregisset arbore, Nympha id sustulit diuersis pomis ac herbis onustum, & ad os ipsius Iouis detulit: cuius beneficij memor iam grandior factus, cornu seruatam Nymphæ, cuius erat capra, dono dedit ea virtute imbutum, vt quicquid appeterent, ex eo cornu protinus exiret. Ouidius de Amalthea sic canit 5. Factorum:

Amal-  
thea his-  
toria.

Nais. Amalthea, Creta nobilis Idæa  
Dicitur in siluis occluisse Iouem.

Huic fuit hædorum mater formosa duorum,  
Inter Diæos conspicienda greges,  
Cornibus aerj's, atq; in sua terga recuruis,  
Vbere quod nutrix posset habere Iouis.  
Lac dabat illa Deo, sed fregit in arbore  
cornu,

Truncaq; dimidia parte decoris erat.  
Sustulit hoc Nympha, cinxitq; decentibus  
herbis,

Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.  
Ille, ubi res cæli tenuit, soliq; paterno  
Sedit, & inuictō nil Ioue maius erat:  
Sidera nutricem, nutricis fertile cornu  
Fecit, quod domina nunc quoq; nomen  
habet.

Alij hoc cornu referunt ab Hercule creptum fuisse Acheloo sese in varias figuras commutanti. De hoc cornu lege omnino adagium, *Copia cornu*. & quæ habet Ouidius 9. Metamorph. Scрабо 10. libro, Laçant. lib. 1. c. 21. Natal. Comes Mytholog. lib. 6. cap. 11.

Acheloi  
cornu.

[*Rectus*] erectus, ad orationis rectitudinem significandam.

Caduceus  
rectus qd.

[*Pollentes sic mente*] Exprimet Græcam locutionem, πῶν ἔχοντας, id est, *opovimes*. Ordo autem talis est: *Sic indicat*, scilicet caduceus seu virga. *vt copia multa*, id est, quemadmodum affluentia & fortuna. *beet*, id est diuites reddat. *viros pollentes mente*, id est

id est, sapientes & peritos sandi, id est, eloquentes.

Fandiq; peritos.] Aristoteles 1. artis dicendi, appellat eos, εἰπεῖν δυναμύς. Virgilius 10. Æneid. Nympham Cymodoceam vocat sandi doctissimam.

Beare. Copia multa bees] Beare, est prodese, inquit Vlpian. l. 49. ff. de verb. signifi. naturaliter enim bona ex eo dicuntur, quod beat, hoc est, beatos faciunt.

IV.

Hoc Emblemate licet Alciatus & alij nominati per symbolo vsi sunt, id tamen placet ad quoscunque doctos & sapientes homines transferre. His scilicet symbolis, virga Mercuriali, caduceo, duobus inter se conexis serpētib; & duplici copię cornu significatur, homines sapientia & eloquentia præditos rerum omnium copiam facile consequi. Sed significat eos, qui præditi τῷ λόγῳ ἰσχυροὶ καὶ παρρησιαῖοι, nam multi quidem sunt docti, at elingues, & quorum domj doctrina silet, foras prodire nescia. At alij verbosi ac locutuleij, qui nullum garruendi modum faciunt, & quibus nihil aut parum mentis. Sed quibus utrumq; datum, felices. Sic laudatur apud Flaccum Iulius Florus lib. 1. epist. 3.

---- Non tibi paruum Ingenium, non incultum est, nec turpiter hirtum: Seu linguam causis acuis, seu ciuica iura Respondere paras, seu condis amabile carmen,

Prima fores edera victricis pramia. Apud Tullium commendatur nescio quis, cui promptum, paratumq; ingenium, & qui præclaras animi notiones pari lingua volubilitate sciret exprimere. Sic apud Plinium 1. epist. 22. Arist. iuris peritissimus impense ornatur. Nec abs re Socrates exsecratur Sophistas, qui primi sapientiam ab eloquentia seiunxiser, res natura indiuifas. Qua de re Tullius præfat. 2. libri De inuentione. Memini ab Homero tribui Vlyssi ciuilem prudentiam, τὴν σύνεσιν πολιτικὴν, & promptam eloquendi facultatē, τὴν ἑρμηνευτικὴν, his omnino verbis: οἷδ' ἐνὶ μὲν μορφῇ ἕνεων, ἐν δὲ φρέσιν ἰσθλοί.

Mento valens, inuenta est facundis gratia diuina. Huc spectat Aristotelicum illud; diuitem, & velit, esse posse, qui sapiētia fuerit exultus. Et hoc symbola hæc tacite indicant.

Nam caduceus disciplinæ, eloquentiæ, sapientiæ, sed & felicitatis notam habet, teste Pierio lib. 15. de sacris Ægyptiorum literis. Serpentes impliciti sapientiæ quoque gerunt symbolum. Iulianus Imperator epistola quadam ad Iamblichum, Mercurij

Caduceus signū eloquentiæ.

virgam ad eloquentiæ vim doctē retulit: οἷον Ἐρμῆ ῥάβδῳ κινεῖς καὶ διεγείρει καὶ δευδοντας. quasi virga Mercurij moues, atque dormientes experges facis. Idem post: πρίπειδ' ἑρμῆ λόγῳ μαθητῶν εἰδὲ βέλαι τροσιμον ἔντα σὶ, ῥάβδον ἔν τῷ καὶ θινδεν ποιέειν, ἀλλ' ἐν τῷ κινεῖν καὶ διεγείρειν μάλλον ἰθίλειον μιμείσθαι. Equum est te, qui sis Mercurij eloquentia præsidis discipulus, aut si manus alumnus, virgam non summi pronocandi gratia tractare, sed illum imitari ad mouendum & excitandum.

Et pacis.

Et quia virga inter duos serpentes interiecta eos pacauit, hinc alij caduceum ad pacem referunt. Plinius lib. 29. Natur. hist. cap. 3. sic: Hic tamē complexus anguium & effratorum concordia, causa videretur esse, quare exterae gentes caduceum in pacis argumentis cum data effigie anguium fecerint. Etenim plerūq; ad pacem componendam legati caduceatores mittuntur. Huc respexit Isidorus: Mercurius, inquit, virgā tenet, quæ serpentes diuidit: nam bellantes & dissidentes interpretum oratione sedantur. Concordiæ etiam symbolum esse caduceum serpētib; implicitum ex antiquis apparet numismatibus, ac inter cætera in

M. Antonij Triuuirij num.

M. Antonij Triumvirii numismate quodā, in cuius vna parte, mulieris laurea corona sub capitis velamine redimiteq; caput est, cū his literis, III. VIR. R. P. C. in altera duæ manus iunctæ caduceum hunc tenentes, cum hac inscriptione, M. ANTON. C. CÆSAR. quod proculdubio pro concordie, quæ tunc inter Cæsarem, Antonium, & Lepidum erat. symbolo positum fuit, Iamblichus in epistola ad Deuxippū: Reuera Deus quispiam fuit, qui hominibus Dialecticam ostendit, & è cælo demisit. Vel, vt quidā dicunt eloquens Mercurius qui in manibus Dialecticæ symbolum gestat, serpētes scilicet se inuicem respicientes. Cornu verò Amaltheæ quamuis Mythologici referat ad regionem antea sterilem & infecundam, quam labore & industria Hercules feracissimam reddidit: nos tamen hic facultatum & bonorum copiam, & omnium rerum abundantiam interpretor.

Serpentes Dialecticæ symbolum.

Amalthea cornu.

terpretatur, quæ virtutem & liberalem omnem eruditionem cōsequi iure debeat. Quod significat huius Emblematis inscriptio. Apud Scobæum Hippodamus Thurius civitatem bonis legibus constitutam, cornu Amaltheæ appellat: quādo quidem bona ingenia eius beneficio profectum capiant, tum mores, studia, legesq; fiant optime, item rationes recte & equæ, pietas, sanctimonia, reverentia. Enimuero

Quisquis Palladias totis gnquatibus artes Emit, & Aoniæ pocula sacra iugi, Huic nil deesse potest, hinc pleno copia cornu Imperat Attalica conditione frui.

Ab hac sententia nō multū abcessit Socrates, qui sic: Το γὰρ Ἀμαλθείας κίρας ἔχοντες ἕως εἶναι γὰρ οὐ βολον, ἀν μῆτις ἢ μάλλον, ἀλλ' ἐργατίας, πάνθ' ἔξιν τ' ἀγαθὰ. κατὰ μὲν τῆν ἀμαλθείαν, τοῦ μὴ μάλ' θανος ταττομίνε· κατὰ δὲ τὸ κίρας τὸ βοῖς ἐργατικωτάτη ὄντος τὸν ἐργάτην ἐνσημαίνεσθαι. βέτρως δὲ ἐν τῷ κίρατι εἶναι καὶ τὰ ὅμοια, ὅτι ἐν τῇ γεωργίᾳ πάντα ἐνεσιν ἂν χρεῖαν ἔχομεν. διὸ καὶ ἔχοντες αὐτὸ εἰσάγονται, ὁ, τὸ ἀγαθὸς δαίμων, καὶ ἡ ἀγαθὴ τύχη. Id est: Amalthea cornu sic interpretabatur, cum quidem significare, qui minime sit dissolutus, sed operi intentus, genus omne boni consequitur: Per cornu vero bovis, quod animal est laboriosissimum, virum operarium intelligi: Vnus autem & similia in cornu haberi, quia ex agricultura consequimur quacunq; necessaria sunt. Itaq; ipsius gestantes inducuntur bonus genius & bona fortuna Hanc Socratis sententiam de cornu Amaltheæ obiter volo ita restitui: τὸ γὰρ τὸν ἀμαλθείας κίρας ἔχοντες ἕως εἶναι αὐτὸς ἡ δὲ ἀγαθὸς δαίμων ἢ ἀγαθὴ τύχη ἢ ἀγαθὸς δαίμων ἢ ἀγαθὴ τύχη ἢ ἀγαθὸς δαίμων ἢ ἀγαθὴ τύχη.

Quid per Amalthea cornu ex Scobæo.

Bos animal ad laborem natum.

cornu explicans eo refertur volebat, ut esset symbolum, quo designaretur is, qui minime dissolutus esset, sed intentus operi, genus omne boni cōsecuturum. Vocabulum enim Amaltheæ, loco μὴ μάλ' θανος, hoc est, non dissoluti, poni; per cornu verò bonis, &c. In Collectaneis ex Philemone de pecunia idem intelligitur:

Τὸ τῆς Ἀμαλθείας δοκίμης εἶναι κίρας, οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖν κίρας βοῖς; ἀργυρίον ἐστὶ τὸ τ', ἔχης, λίγῃ πρὸς τὸ θ' ἀβέλει, πάντα σοι γενήσεται φίλοι, βοηδοὶ, μάρτυρες, συνοικία. Putasne Amalthea cornu huiusmodi esse? Quale pictores cornu bouinum depingunt? Argentum est: quod si habueris, petas Ab ipsi, quicquid voles, omnia tibi addentur.

Amici, auxiliatores, testes, domuum multitudo.

Amaltheæ istud cornu, præter ceteros, ad felicitatem & fortunæ bonâ retulit Dio Chrysofostom. Orat. 1. De fortuna. Huius præterea epigraphie meminit Cicero in Catoe Maiore his verbis: Te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est: quæ petita videtur ex Oeconomico Xenophontis. Quod etiam referri potest adagiū ex Ciceronis epistolis familiaribus: Virtute duce, comite fortuna. Uno verbo, viris eloquentibus, liciter & ingenio pollutibus, præcipuè autem virtutem amplexantibus, copiæ cornu, id est, felix & prospera fortuna, & rerum abundantia facillè adiungitur: Plautus in Amphitr. Virtus, inquit, omnia in se habet: omnia assunt bona, quem penes est virtus. Sed quid si illa à fortuna vincatur? audiamus.

Virtute duce, comite fortuna.



Fortuna